




Scripta publica Regiomont. 1831-1840.

- | | | | | | | | | | | | |
|--|--|----------|----------|----------|----------|-------|----------|----------|----------|-------|-------|
| | | O. M. 31 | O. M. 32 | O. M. 33 | O. M. 34 | O. 35 | O. M. 36 | O. M. 37 | O. M. 38 | M. 39 | M. 40 |
| | | 4. 8 | 12. 17 | 22 24 | 30 36 | 40 | 49 54 | 58. 63 | 67. 72 | 98 | 85 |
1. [Lobbeck], Dissertatio de mutatione adjectivorum minus mobilium.
 2. Disputationis de auctore epistolae ad Hebraeos Pars II.
 4. De loco ubi Petrus apostolus videri eximendus sit.
 5. 6. [Lobbeck], De adjectivorum mutatione anomala dissertationis II. III. IV.
 7. Disputationis de epistolae Iacobae catholicae authenticitate.
 - 9.
 10. [Lobbeck], Monographia figurae etymologicae Pars I.
 11. Historia Aug. Conf. in Russia saeculo decimo scripta.
 13. 14. [Lobbeck], De nominibus graecis substantivi et adjectivi ambiguis diss. T. II. III.
 15. De reformanda ecclesia evangelica pars I.
 18. [Rhesa], Commentatio de origine ecclesiae cathedralis Regiomont.
 19. [Lobbeck], De nominibus graecae linguae monosyllabis. Diss. T.
 20. 23. [Lobbeck], De mutandae terminationis nominum graecorum causis T. II.
 21. [Rhesa], Commentationis de duplici psalmi XVIII. exemplo. Pars I.
 24. Commentationis de nominibus Jesu christi effatis, unde ipse quid quodcumque tribuerit miraculis cognosci licet parat. T.
 25. 6. [Lobbeck], De grammaticorum quorundam praecipuis euphonicis diss. T. II.
 28. Diss. T. De singulorum librorum sacrorum auctoritate canon. recte aest.
 29. Diss. T. Adversus grammaticos de nominum graecorum mutatione.
 31. [Lobbeck], De verbis graeci sermonis facitivis dissertationis.
 32. 45. De accommodatione legitima, a Jesu, cum diabolo, mund. facit, prop. sect. 3.
 33. 55. 73. Historiae Anabaptistarum et Sacramentarior. in Russia initia. T. II. III.
 34. [Lobbeck], De nominum generis neutrius verbalium formatione diss. T.
 35. [Lobbeck], De nominibus in graecis exeuntibus diss. II.
 37. [Lobbeck], Prolegomena de verbis πῶς εἰς ἀποστάσει ἐπινοῦν duo. II. 32.
 38. De paragoge nominum jonica Pars I.
 39. Sabinus, Oratio in funere Sorothae, conjugis Alardi.
 41. 34. [Lobbeck], De mobilitate adjectivorum compositorum diss. T. II. III.
 42. De Andrea Biscandi ratione ac modo concionandi pars I.

46. [Lobeck], De vocabulis graecis singulari forma signatis.
47. [Lobeck], De adverbiorum graeci sermonis verbalium formis diss. I.
48. De falsis philosophis disputatur et fragmenta libri contra Christianos collig.
50. [Lobeck], De nominibus graecis substantivi et adiectivi generis ambigui diss. IV.
51. 64. 69. Gregorii Panthebraei carmina syriaca aliquot adhuc inedita. I. II. III. IV.
52. [Lobeck], De praecipuis euphonicis diss. IV.
53. 56. [Lobeck], De nominibus in iros exeuntibus. et evy. I. II.
57. De orationis, cui a monte cognomen est, consilio peculiari.
59. 61. 2. [Lobeck], De anomaliae verborum graecorum causis diss. I. II. III.
60. Epistolae Joannis Briemanni et amicorum ejusdem praedicti ex ambrosio. edit.
65. [Lobeck], De nominum verbalium descriptione. Diss. I.
68. 70. 1. [Lobeck], De verborum graeci sermonis non purorum descriptione diss. I. II. III.
74. [Lobeck], De descriptione verborum graecorum. Pars III.
75. [Lobeck], De nominibus serbiae declinationis neutralibus diss. I.
76. Maduda seminarii regii theologici Regiomontani.
77. Sieffert, De ultima Domini Jesu Christi coena comm. I.
79. 80. [Lobeck], De terminationum serbiae graecorum declinat. viciss. disp. I. II. III. IV.
81. 82. 34. [Lobeck], De nominum graecorum terminationibus epentheticis diss. I. II. III.
86. Sebzer, Concilio sacrae episcopi Georgii a Polentis Anno MDLXIII. habita.



18

Sacra Natalitia
J e s u C h r i s t i

pie celebranda

indicunt

Academiae Albertinae
Prorector, Director, Cancellarius et Senatus.



Rhesa

• Inest Commentatio de origine Ecclesiae Cathedralis Regiomonti.

Regiomonti MDCCCXXXII.
Typis Academicis Hartungianis.

Genealogie
der
Fürsten
von
Sachsen



Verzeichnis
der
Fürsten
von
Sachsen



Annus proximus est quingentesimus, ex quo primordia cepit
Ecclesia Cathedralis Regiomontana, praeclarum monumentum
illius tempestatis, qua, perveracia gentis Prussorum christianum
nomen abhorrentis tandem fracta, sancta *Romove* diruta, deo-
rumque veterum *Percuni*, *Potrimpi* atque *Piculli* cultu sublato,
religio christiana ad ora maris Baltici traducta, hic quoque mo-
res mitigabat, et animum ad coelestia tollebat, effrenata autem
incolarum Prussiae ingenia mitioribus adsuescebant.

Ut vero loca sancta, quibus sacerdotes veterum Prussorum
diis sacra obtulerant, Christianorum templa exciperent, mox
summis viribus contenderunt *Ordinis equestris Teutonici* ma-
gistri generales atque episcopi.

Jam *Ottocarus* Bohemorum rex, victor in patriam discedens
a. p. Chr. MCCLV. non suasor tantum, sed auctor quoque *Or-*
dinis equestris Teutonici sociis fuit, ut ad *Pregelam* flumen arcem
conderent, qua vagantium barbarorum compescerent impetus, et
ipse locum designavit, quo castellum exstruerent, quod, ut me-

moria regis fortis coleretur Mons Regius nuncupabatur¹⁾. Apud veteres Prussos appellabatur Twangste. Ecclesia quoque illic statim condita, prima nuper expugnatae provinciae, atque sancto Nicolao consecrata. Seriore tempore, rebus dispositis, florente jam Regiomonto, episcopus *Siegfriedus* anno MCCCII.²⁾ ecclesiam ibidem aedificavit cathedralem, in fine Palaeopolis proxime portam ad Loebnicum spectantem, eamque sancto Adalberto dedicavit, adjungens simul domicilia Canonorum et scholam. Haec autem ecclesia magnum ambitum non habuisse videtur. Itaque, quum aucta in dies urbs, quae una initio fuerat, et ad triplicem excreverat numerum, aedium incolarumque copia superbiret opibusque valeret, placuit *novam Ecclesiam Cathedralem* aedificare, quae magnitudine et splendore excellens, tanquam moles propinqua nubibus, mentem piam et audacem spiraret propriam illius temporis, dignumque templum esset, quo coetus Christianorum precibus meditationibusque piis vacarent. Quod pium propositum mox ad finem est perductum, condita est *Ecclesia Cathedralis nova* prope Palaeopolin in insula fluminis Pregelae, quae jam tunc *Knibabe*, ab aliis *Pregormunde*, interdum etiam *insula Advocati* (*Voigtswerder*, *Voigtsinsel*) appellabatur.

Quo autem anno et quo auspice haec Ecclesia Cathedralis sit erecta, usque ad nostra tempora diversas protulerunt historiae scriptores traditiones quas brevi in conspectu ponere liceat.

-
- 1) V. PETRI DE DUSBURG, *Ordinis Teutonici Sacerdotis Chronicon Prussiae* sqq. Königsb. 1679. c. 70—71. cfr. c. 401. et I. JOANNIS VOIGTHI Clarissimi et Amicissimi *Geschichte Preussens* P. III. p. 86. sqq.
- 2) Cfr. Literae fundationis in I. *Handfestenbuch des Stifts Samland*. Nr. 7. p. 70.



Scriptores autem qui prioribus seculis hac de re disseruerunt sunt fere WIGANDUS MARBURGENSIS³⁾, SIMON GRUNOVIVS⁴⁾,

3) *Cronica nova prutenica, sed in multis superfluis verbis descisa, inchoataque anno 1293 et terminata anno 1394.* Qui multa benigne hisce in studiis in nos fecit VOIGTIUS Clariss. hunc quoque librum, quem diligenter transscripsit, nobiscum benevole communicavit. Quae vero de *Ludero* ad nostrum scopum spectantia apud Wigandum leguntur haec sunt: „Frater Lutherus de Brunswig Magister devotus in oracionibus et virtuosus multa memorie digna statuit et in bonis operibus finem clausit in Choro Canonicorum in Konigisberg, decimus octavus in ordine Magister nobilis, quia dux Brunswicensis et prudens ecclesias frequentabat, vulgares libros composuerat (?). Sepius in Choro cantabat, quum notas novit duleiter modularę et signanter sanctissimam Elizabeth tanquam sibi specialem matronam devotissimis obsequiis et laudibus venerabatur.

4) Cfr. SIMON GRUNAU, *Chronica und Beschreibung des Landes zu Preussen.* 1526. fol. liber mscpt., ubi haec exstant Tract. IX.: „JACOBUS, Der geburt ein Preusse vom Culme. Er war ein seer gelart man, vnd man gebrauchte yn yn viel sachen, Die den orden anstissen, zcu lone erwelt man yn zcu eym Bisschoffe vnd gab ym Das Creutze mit loeblichkeit, Er wart zcu Kongsbergk ym thume yn Dem newen Chore Der angehabenen Thumkirchen geweihet, starb zcu Powunden vnd leit zcu Kongsbergk In Thume.

BARTHOLOMEUS, Thumprobst zcu Kongsbergk war. Er celebrirte Dy Jubileen, Die der Babst zcum Bau der Thumkirchen geben hett, So war ym zcu der hant der Homeistere Bruder Luderus Furst zcu Brunswigk, unde ein ander getrewlich holffen, nach Dissem ezogk er ken Rom, vnd wolt erstreckung der Jubileen erlangen, Sunder er starb ym warmen bade vor Mont Flaskon, vnd wart zcu Viterbio begraben.“ Porro Tract. XII. haec inveniuntur: „*Luderus* Furst vnd Her von Braunschweig, vnd war er Homeister seines Ordens — — Er hub an zu bawen die Thumkirche auf Preglmunde, itzunt Kneiphoff genant zu Konigisberg, von dem gelde das mit Applas erlangt wart, Er starb den Freitag nach Ostern, In der Kirche also, Er fuhlte sich ganz schwach, Darumb er liess sich fueren In Die kirche, vnd liess Im lesen die mess mit der Passio, nach welcher er starb, wart zcu Kongsberg in die newe thumbkirche begraben, In die Kormaur.“

CASPAR SCHUETZIUS ⁵⁾, LUCAS DAVIDES ⁶⁾, JOANNES LEO ⁷⁾,
JOANNES FREYBERGKIUS ⁸⁾, CASPAR HENNEBERGERUS ⁹⁾, CHRI-

- 5) *Historia Rerum Prussicarum. Warhafftte und eigentliche Beschreibung der Lande Preussen sqq. durch CASPAR SCHÜTZEN. Leipzig, 1599. Paucis tantum verbis ad annum MCCCXXXV. commemorat p. 67.: „Und in demselben Jahr (MCCCXXXV.), starb der Hohenmeister Ludert von Braunschweig zu Königsberg, da er den Thumbawen liess, und ist in demselben begraben.“*
- 6) LUCAS DAVID'S *Preussische Chronick sqq., herausgegeben von Dr. Ernst Hennig. Königsberg, 1812. Cum manus sit liber manuscriptus Lucae Davidis, quod attinet ad historiam vitae Luderi magistri generalis, pauca tantum inveniuntur quae de Ludero exposuit T. VI. p. 118.: „Nachdem Br. Luder v. Brunschwig, geborner Herzog, des D. O. H. M. in Preussen, von diesem Jhamerthal durch seinen zeitlichen Tod beruffen, sein Leichnam auch zu Königsberg in dem Chor der Thumbkirchen, zu derer Erbauung er gar merkliche Hülff und Vorschub gethan, hingelegt und begraben worden, seindt die Meistere auss Deutsch und Lifflande sqq. zusammenkommen“ sqq.*
- 7) *Historia Prussiae sqq. authore JOANNE LEONE, Brunsbergae, MDCCXXV. Cfr. p. 142: „Hic Magister (Luderus) aedificavit Ecclesiam Cniphouiensem Regiomonti.“ p. 146.: „Quo eodem anno (1335.) post confectam pacem morte obiit Luderus, et quidem in Ecclesia ad quam se deferri feria sexta proxima post Pascha ad divina audienda fecerat. In muro Ecclesiae novi Collegii Cniphouiensis, quam aedificarat, sepelitur. — Sub Ludero Bartholomaeus Episcopus VI. Sambiensis ex Praeposito Regiomontano, multis gratiis spiritualibus acceptis Collegii Regiomontani Ecclesiam produxit. Sed et Luderus hac in re eum strenue juvabat. Profectus Episcopus Romam, ut gratiarum prolongationem acciperet in Thermis ante Montefrasio moritur et Viterbii sepelitur.“*
- 8) *Cronicka vbir Preussen liber manuscriptus in bibliotheca urbis nostrae ass. p. 40. „Der XV. Hoemeister Teutsches Ordens was genant Luder sqq. — Er hat auch die Thumkirche zu kongsperg zum dritten mal versetzt, vnd an den ort da sie noch heut stehet gebawt.“ et p. 41. „Dieser Homeister Her Luder Regirte vier Jar vnd wart*

STOPHORUS HARTKNOCHIUS ¹⁰⁾, MICHAEL LILIENTHALIUS ¹¹⁾.

zu kongsberg begraben in dem Thum in seine Kirche Die er gebawet hatte Im Jare 1335.“ FREYBERGKIUS haud dubie ecclesiam quoque primam Regiomont. tempore regis Ottocarici conditam, ecclesiam cathedralem habuit.

- 9) CASPAR HENNEBERGER *in l. Kurtze und wahrhafftige Beschreibung des Landes zu Preussen, samt dessen alten Ausstheilung sqq. Königsberg, 1584. de Ludero magistro generali haec narrat: „Luderus ein Hertzog von Braunschweig der XV. Hohemeister ist Anno 1331 zum Hohemeister erwehlet worden. — Er fing an den Thum zu Königsberg, im Kneiphoffe zu bawen, Regiret IIII. Jar. Er starb in der Kirchen, denn als er sich schwach befand, lies er sich, den Freytag nach Ostern in die Kirchen bringen, da er denn ein mess höret, nach welcher er alda verschiede, ward in die Chormawren des newen Thumstifts zu Königsberg begraben.“ — In alio vero libro ejusdem auctoris Erclerung der Preussischen grössern Landtaffel sqq. Königsberg 1559. legitur p. 209.: „Von erbawung des Thums. Luderus Hertzog von Braunschweig der 15. Hoemeister, hat den Thum, umbs Jahr 1332. aus dem heiligen Geiste, so in der Altenstadt bey dem Löbenichtschen Thor war, welcher Thum auch zuvor ist ein Schloß gewesen, in den Kneiphoff oder Pregelmünda verlegt vnd gebawet, in welchem er Hertzog Luderus von Braunschweig der Hoemeister auch in der Chormawren begraben liegt.“ et p. 286.: „Er (Luderus) fing an die Thumkirchen auff Pregelmünda so nu Kneiphoff heisst, zu bawen, vom Ablasgeld, so damals auff die dritte stelle verlegt ward. — (Cfr. FREYBERGKIUS narratio.) — Hat regiret vier Jar, vnd als er sich schwach befunden, hat er sich am Freytag nach Ostern in die Kirche lassen füren, ein Mess lassen lesen, nach welcher er darin verschiede, Ist zu Königsberg in der Mawer des newen Thums im Chor begraben, wie sein Begrebniss noch vorhanden ist.“*
- 10) *Alt und Neues Preussen sqq. durch M. CHRISTOPHORUM HARTKNOCH Franckfurt und Leipzig, 1684. p. 393. „Anno 1332 (hat) Luderus Hertzog von Brunschwig des Teutschen Ordens Hohemeister, auff die andere Seite des Werders gegen Osten eine Kirche gebawet, und den Thum, so vorhin in der Alten Stadt zum H. Geist an dem Löbenichtschen Thor gewesen, dahin verleget. Daraus ist dieses*

Post illos recentioribus temporibus RAYMUNDUS DUELLIUS¹²⁾,
CAROLUS FRIEDERICUS PAULIUS¹³⁾, DAN. HENRICUS ARN-

zu schliessen, dass bei Anlegung der Thumbkirchen zwischen der Langgass und der Kirchen die meisten Plätze schon müssen bebauet gewesen seyn, sonst würde man die Kirche so weit von der Langgasse nicht gesetzt haben.“ Apud eundem scriptorem in libro *Preussische Kirchen-Historia. Frankfurt und Leipzig 1686. p. 170. ubi de episcopis Sambiensibus sermo est, legimus: „JACOBUS, ein Preuss von Culm, war ein gelehrter Mann, derselbe hat die Thum-Kirche aus der Alten Stadt Königsberg aus der Heil. Geist-Gassen in den Kneiphoff gesetzt, woselbst sie noch stehet. BARTHOLOMAEUS, Thum-Probst zu Königsberg, welcher mit Hülff Luderer von Braunschweig, Hohemeister des Teutschen-Ordens, die Thum-Kirche, so Jacobus zu bauen angefangen, zu Ende gebracht hat.“*

- 11) *Historische Beschreibung des Thums oder der Cathedral-Kirchen der Stadt Kneiphoff-Königsberg, entworfen von MICHAEL LILIEN-THAL. Königsberg, 1716. cfr. p. 1. „Den Thum hat Luderus, Hertzog zu Braunschweig, der XV. Hohemeister des Deutschen Ordens Anno 1332. im Kneiphoff zu bauen angefangen. Er soll anfänglich im alten Königsbergischen Schloss befindlich gewesen seyn. Nach dessen Verwüstung stand er in der Alten-Stadt unfern dem Löbnichtschen Thor, und ward genannt die Kirche zum Heil. Geist; Davon auch noch heut zu Tag die Strasse den Nahmen führet, dass sie die Heiligen-Geist-Gasse genennet wird. Endlich hat der obbemeldte Luderus ihn in den Kneiphoff verleget, und der Jungfrauen Mariae und allen Heiligen gewidmet. Zuerst ward der Chor gebauet, wozu Jacobus der fünfte Samländische Bischoff viel geholfen: Das übrige ist durch Hülffe Bartholomaei, des sechsten Samländischen Bischoffs, zum Stande gebracht, und das Gebäude von lauter Ablass-Geldern auffgeführt worden.“*
- 12) *Historia Ordinis Equitum Teutonicorum sqq. ed. RAYMUNDUS DUELLIUS. Viennae, 1727. p. 31.*
- 13) *CARL FRIEDRICH PAULI, allgemeine preussische Staatsgeschichte T. IV. Halle, 1763. p. 181. p. 183.*



OLDTIUS ¹⁴⁾, LUDOVICUS DE BACZKO ¹⁵⁾ et AUGUSTUS DE KOTZEBUE ¹⁶⁾ has traditiones priorum seculorum suo quisque modo repetunt. Duellius autem, quem Paulius et de Baczko sequi videntur, l. l. suo Marte hoc addit: „Vero per est simile, ut deo memoratae victoriae (de exercitu Polonorum apud Płowcze) ergo grates exsolveret, Lutherum hunc Cathedralis Ecclesiae in Kneiphof-Koenigsberg structuram A. 1332 inchoasse“ ¹⁷⁾.

Ex his quae modo exposuimus patet, et veteres et recentiores scriptores, excepto Wigando Marburg., aut Ludero ipsi aut episcopis Jacobo et Bartholomaeo aedificationem Ecclesiae Cathedralis tribuere, eosque qui episcopis hanc aedificationem tribuunt, Luderum simul magnam opem tulisse narrare. Primordia Ecclesiae vero fere omnes ad annum MCCCXXXII. referunt, parique modo Luderum in muro Chori sepultum esse tradunt.

Et revera in ipsa Ecclesia Cathedrali in muro Chori, non in tumulo ¹⁸⁾, sed in loco paulo depresso, hominis altitudine,

14) DAN. HEINR. ARNOLDT'S *Kurzgefasste Kirchengeschichte des Königreichs Preussen. Königsberg, 1769.* p. 171. p. 184.

15) *Geschichte Preussens von LUDWIG VON BACZKO. Königsberg, 1793.* T. II. p. 107.

16) *Preussens ältere Geschichte von AUGUST VON KOTZEBUE. Riga, 1808.* T. II. p. 166. 168.

17) Idem DUELLIUS iterum suo Marte haec addit l. l. nota o: „Sunt qui Lutherum Magistrum Generalem in hoc templo (in Ecclesia Cathedrali in Kneiphof-Königsberg) reconditum fuisse credunt: sed ego, hoc aedificio non absoluto, illum in Cathedrali veteri, quae ex relatu D. Lilienthal in arce Regiomontana (?) non procul a porta Löbnicensi fuerat, sepultum fuisse existimo.“

18) Vid. p. 16. ubi expositum est *Luderum in medio Chori sepultum ibique tumulum ipsi structum esse.*

simulacrum, sacerdotis forsā Ordinis equestris Teutonici, non autem magistri generalis, et ossa quaedam ostenduntur, addita inscriptione:

HIC CONDUNTUR OSSA
CONDITORIS TEMPLI CATHEDRALIS
LUDERI
DUCIS BRUNSVICENSIS, MAGISTRI
GENER: ORD: TEUT:, MORTUI MCCCXXXV.

Itaque ad nostra usque tempora una prorsus, quamvis vario modo exornata, sed falsa traditio apud omnes fere scriptores ¹⁹⁾ exstitit. Nostris enim temporibus JOANNES VOIGTIUS Clariss. ²⁰⁾ ex *ipsis literis foundationis hujus Ecclesiae*, quae ad nostra usque tempora pervenere, hucusque autem in tabulario regio abditae erant, tempus originis hujus Ecclesiae conditorisque personam constituit.

Ex hisce literis ²¹⁾ patet, JOANNEM *episcopum Sambiensem*

- 19) WIGANDUS MARBURG. unus est qui hoc tantum tradidit de *Ludero*: „in bonis operibus finem clausit in Choro Canonicorum in Königsberg,“ itaque aedificationem ecclesiae ipsi non adscripsit. Quae LUCAS DAVIDES praeter laudata habuerit, non constat.
- 20) *Geschichte Preussens T. IV. p. 507 sqq. Preussische Provinzial-Blätter 1832, Januar-Heft p. 74 sqq. Cfr. FABRI V. R. Taschenbuch von Königsberg p. 41.*
- 21) Nondum hucusque integrae editae sunt *literae foundationis Ecclesiae Cathedralis Regiomontanae*, quas jam vulgamus, et quidem literas Joannis episcopi Sambiensis adscripto die IX. mensis Septbr. anni MCCCXXXIII., quibus promittit: *se in insula prope Civitatem Königsberg non castrum aut municionem construere velle, sed chorum, claustrum et ecclesiam pulchre et decenter secundum exigenciam suam*, et literas *Luderi Ordinis equestris Teutonici magistri generalis* adscripto die XIII. m. Septbr. anni MCCCXXXIII., quibus aedificationem Ecclesiae Cathedralis permittit. Exstant literae Joannis episcopi Sambiensis in tabulario regio Handfest. des Stifts Samland No. 7. fol. 76., *Luderi magistri generalis* in tabulario regio *Handfest. des Bisth.*

anno MCCCXXXIII. aedificationem Ecclesiae Cathedralis sua

Samland p. VII. En autem ipsas literas, quas FABER V. R. accuratissime transscripsit.

I. Literae Joannis episcopi.

In nomine Domini Amen. Nos frater Johannes Dei gracia et apostolice sedis prouidencia Sambiensis ecclesie episcopus, fr. Bertramus prepositus et fr. Zacharias Decanus totumque eiusdem ecclesie Capitulum Vniuersis et singulis presentibus et futuris ad quos presens scriptum peruenerit uolumus esse notum, Quod cum occasione fabricae siue structure quas pro ecclesia nostra Cathedrali in Insula prope Ciuitatem Konigsberg, ut apparet, erigere et edificare iam aliquantulum incepimus, inter Venerabilem in Christo fratrem Luderum Ordinis hospitalis Sancte Marie Jerosolimit. domus theutonorum generalem Magistrum Dei gracia natum ducem Brunswicensis ceterosque eiusdem Ordinis fratres ex una, Nosque episcopum et Capitulum iam dictos ex altera, quedam dissensionis materia exorta fuisset, nos hincinde amicabiliter et concorditer in unionem deuenimus infrascriptam, videlicet, Quod nos uolumus et promittimus et taliter disponendum duximus, quod in Insula predicta non castrum aut municionem construemus, sed chorum, claustrum et ecclesiam pulchre et decenter secundum exigenciam nostram ad Similitudinem Cathedralis ecclesie, claustrum et mansionis religiosarum personarum muris et testudinibus construemus, Ita quod pauimentum Chori, claustrum et ecclesie nostre tante sint altitudinis prout nunc campestris lapides in muro Chori per circuitum sunt locati, et paries inter Chorum et ecclesiam unius uirge mensuralis altitudinem et pauimento habeat, et quatuor laterum spissitudinem obtineat, in quo etiam pariete ad introitum Chori duo locabuntur ostia, inter que altare construatur et desuper per columnarum sustentacionem testudo erigetur cuius summitas pro lectura euangelii, organorum locacione remaneat et ambone. Quibus sic dispositis eundem parietem nulla alia eleuacione muri usque ad summitatem Chori testudinis obstruemus, Campanilia uero dicte ecclesie nostre secundum formam et dispositionem Culmensis ecclesie construemus. Volumus etiam et promittimus in edificiis claustrum nostri sic procedere quod parietes claustrum ipsius tam exteriores quam interiores a pauimento usque ad summum ipsorum in altitudine viginti quatuor pedum muris



ipsius auctoritate incepisse²²), et quidem ab initio ne assentiente

exaltentur, ultimas vero parietes interius et exterius versus Ciuitatem Knypabe positas de lignis coustructibilibus facere debemus et inter ligna cum spissitudine unius lateris et dimidii uolumus solidare. Nolentes et non debentes eundem locum muro ac fossatis aut quibuslibet aliis munimentis firmare nisi Indulto et licencia Magistri et fratrum desuper preobtentis. Adiacentes quod si contrarium premissis quoquam tempore attemptare uideremur, extunc talia corrigendi et secundum prehabituam potestatem, Promittimus et fratres predicti habere debent plenariam potestatem, Promittimus etiam quod dicta Ecclesia nostra cum suis edificiis nullam specialem firmitatem et municionem in ipsa Insula habeant sed simul cum illa parte Ciuitatis Knipabe que in eadem Insula cum nostra Ecclesia situatur sub una eademque firmitate debeant contineri. Addicimus insuper quod tempore fuge necessitate nobis incumbente aliquos homines nostros vocabimus ut una cum hominibus fratrum possimus nos domino cooperante a quibuslibet inimicorum insultibus defensare. Et ut premissa omnia et singula perpetue firmitatis robur obtineant ea presentis scripti patrocinio confirmamus. Cui in signum euidentis nostrum ac Capituli nostri sigilla duximus appendenda. Actum et datum in Konigsberg quinto Idus Septembris anno a natiuitate Domini MCCCXXXIII. Testes huius rei sunt honorabiles viri Magister Weczelo Warmiensis et Darbatensis Ecclesiarum Canonicus, Dominus Johannes Culmensis Ecclesie plebanus, frater Hinricus Capellanus et Johannes notarius generalis magistri supradicti, Johannes notarius ecclesie nostre et quamplures alii fide digni.

II. Literae Luderi magistri generalis.

In nomine Domini amen. Nos frater Ludderus Ordinis hospitalis beate Marie Iherosolimit. domus Theuton. generalis Magister, Dei gracia natus dux Brunswicensis, Vniuersis presentem literam inspecturis volumus esse notum. Quod cum occasione fabricae seu structure quas pro sua ecclesia cathedrali in insula prope Ciuitatem nostram Konigsberg Venerabilis in Christo pater dominus Johannes Sambiensis ecclesie episcopus una cum suo Capitulo, fratre Bertramo preposito, fratre Zacharia Decano et aliis, ut apparet, erigere et edificare, iam aliquantulum conceperunt, inter eosdem ex vna, Nosque et fratres nostros ex altera, quedam dissensionis materia sub-

quidem *Ludero* magistro generali hoc fecisse, nam legimus:

orta fuisset, Nos hincinde concorditer et amicabiliter in unionem devenimus infrascriptam. Videlicet quod iidem ammodo in suis edificiis absque nostra et fratrum nostrorum prohibitione qualibet et impedimento procedere debeant, observata forma et dispositione inferiorius annotatis, Scilicet quod dominus episcopus et Capitulum iam dicti in prefata Insula non Castrum aut municionem edificabunt, sed Chorum et ecclesiam ipsorum pulchre et decenter secundum eorum exigenciam ad similitudinem Cathedralis ecclesie, claustrum et mansionis religiosarum personarum muris et testudinibus construere debent, Ita quod pavimenta Chori, ecclesie et claustrum ipsorum tante fiant altitudinis, sicut iam campestris lapides in muro ipsius Chori per circuitum sunt locati, et paries inter Chorum et ecclesiam unius virge mensuralis altitudinem a pavimento habeat, et quatuor laterum spissitudinem obtineat. In quo pariete ad introitum Chori duo locabunt ostia, inter que altare construent, et desuper per columnarum sustentacionem testudinem erigent, cuius summitas pro lectura euangelii, organorum locacione remaneat et ambone. Quibus sic dispositis eundem parietem nulla alia muri elevatione obstruere debent usque ad summitatem Chori testudinis supradicti. Campanalia quoque dicte ecclesie sue faciant secundum dispositionem et formam ecclesie Culmensis. In edificiis vero claustrum sui sic procedent, quod parietes claustrum ipsius tam interiores quam exteriores a pavimento, sicut predictum est, usque ad summum ipsorum, in altitudine uiginti quatuor pedum muris exaltentur. Ultimos uero parietes interiores et exteriores uersus Ciuitatem Pregormunde se extendentes de lignis constructibilibus facient et inter ligna cum spissitudine unius lateris et dimidii solidabunt. Nec debent ipsum locum muro ac fossatis aut quibuslibet aliis firmare munimentis nisi indulto et licentia nostra et fratrum nostrorum desuper preobtentis. Si uero contrarium premissis quocumque tempore attemptare presument, quod absit, ex tunc Nos et fratres nostri talia corrigendi et secundum premissum modum disponendi liberam habebimus facultatem. Insuper prefata ipsorum ecclesia cum suis edificiis nullam specialem firmitatem uel municionem habeat, sed simul cum illa parte Ciuitatis nostre Pregormunde, que in eadem Insula cum ipsorum situatur ecclesia sub una eademque remaneat firmitate. Prefatus quoque prepositus et Capitulum qui pro

„occasione fabricae seu structure quas pro sua ecclesia cathedrali in insula prope civitatem Königsberg Joannes episcopus cum suo capitulo erigere et edificare jam aliquantulum conceperunt

tempore fuerint necessitate incumbente aliquos ex hominibus suis uocabunt, ut una cum hominibus nostris possint se cooperante Domino a quibuslibet inimicorum insultibus defensare. Tristegas insuper suas faciant super aquas. Et partem ipsorum insule predictae contra Ciuitatem Pregormunde antedictam claudendi et circumdandi, si uoluerint, planis breuibus siue septis in altitudine unius uirge mensuralis liberam habeant optionem. Quam quidem ordinationem sic inter dominum Episcopum et eius Capitulum predictos, Nosque et fratres nostros habitam ut premissum est, uolumus et promittimus una cum fratribus nostris in omnibus suis clausulis inuiolabiliter obseruare. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis presentes conscribi fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum Königsberg Idus Septembris Anno Domini M^oCCC^oXXXIII^o presentibus dilectis nostris Theoderico de Aldenburg, Summo ordinis Marschalco, fratre Rudigero de Talheim, Commendatore in Brandenburg, fratre Sighardo de Swarzburg, Commendatore in Graudenz, fratre Friderico de Liebenzelle, Commendatore in Goluba, fratre Heinrico Capellano nostro, fratribus Cunrado de Garthowe, Ottone Dobirmer sociis nostris, fratre Hartungo uicem commendatore domus Königsberg, fratre Johanne magistro piscarie ibidem, Johanne Canonico ecclesie Varmiensis Hermanno de Camenata notariis nostris et pluribus aliis fidedignis.

- 22) In extrema parte Ecclesiae orientali, cui nomen dixerunt sepulcrum principum (Fürstengruft), et qua nunc tumulus *Alberti* ducis conspicitur, nuperrime reperimus cippum permagnum quadratum, sed quod dolendum est fractum, in cuius quatuor lateribus *A. Hagenius* Cl. inscriptionis mancae partem legit quam nobiscum beneuolenter communicauit:

- 1 Trecentesimo mille
- 2 — — — ille presul Johannes pporsit (?) — — — — nocce
- 3 — — — — — quae
- 4 Huic isg polica fudit eccia quem Ugo Maria.

Procul dubio hoc spectat ad *Joannem* episcopum qui fundauit ecclesiam, quod et seculum et ipsa uerba: *fudit eccia*, annuunt. Forsan repetita



rant, inter episcopum et magistrum generalem quedam dissensionis materia suborta erat,“ Luderus enim opinabatur episcopum castrum aut municionem construere velle, et die demum XIII. m. Septbr. a. MCCCXXXIII. postquam episcopus jam die IX. m. Septbr. promiserat: se castrum aut municionem construere nolle, sed ecclesiam, literis suis dixit: „Nos hincinde concorditer et amicabiliter in unionem devenimus infrascriptam. Videlicet quod iidem (episcopus et capit.) ammodo in suis edificiis absque nostra et fratrum nostrorum prohibitione qualibet et impedimento procedere debeant, observata forma et dispositione inferius notatis.“

Quae cum ita sint, hoc unum tantum restat, ut accuratius anni MCCCXXXIII. tempus describamus, quo initium aedificationis Ecclesiae Cathedralis sit factum. Ex literis autem quas modo exhibuimus, hoc tantum perspici potest, mens. Septembr. a. I. episcopum et Capitulum *erigere et edificare fabricam seu structuram pro sua ecclesia jam aliquantulum concepissemus et jam campestris lapides in muro ipsius Chori per circuitum fuisse locatos, itaque procul dubio jam primo vere aut aestate anni indicati fundamenta ecclesiae jaciebantur. Cum vero a die demum XIII. m. Septbr. ejusdem anni aedificatio paulo ante incepta auctoritate principali Luderi Ordinis equestri Teutonici magistri generalis sit instituta, dies XIII. mensis Septbr. anni MCCCXXXIII. solemnibus secularibus Ecclesiae Cathedralis constitutae quintum celebrandis, destinandus videtur. Et sane hoc die annuente rege clementissimo coetus Ecclesiae Cathedralis solemnia secularia instituet.*

lectione accuratius inscriptionem exhibere liceat, itaque rei gnaros omnibus precibus adimus, ut periclitari velint si legere possint, quae ex parte tantum hucusque legere potuimus.



Sed *Luderus* etiamsi ipse non condiderit Ecclesiam Cathedralē, sed potestatem tantum condendae dedit, mox tamen magister pius studium suum erga eandem re declaravit. Etenim quo favente aedificationem inceperant, is Ecclesiae Cathedrali larga contulit dona, simulque praeter alia instituta praecepit, ut supra *tumulum in medio Chori erigendum*, ubi post mortem corpus suum requiescere volebat, cereus penderet et sine intermissione luceret. Grato animo de hisce donis eloquitur Capitulum ecclesiae Sambiensis et *pro se et successoribus in perpetuum promittit instituta magistri inviolabiliter observare* ²³⁾.

23) Cfr. *litterae Jacobi Praepositi et Capituli ecclesiae Sambiensis in tabulario regio Rigauische Handlung p. 123:*

In Nomine Domini Amen. Cum uita presens fragilis omnibus agnoscatur inimica et breves hominis sint (dies) ne subita mors quemquam preueniat, dignum est ut ad salutis remedium recurratur. Hinc est quod nos frater Jacobus prepositus, frater Bertramus decanus, Totumque Capitulum ecclesiae Sambiensis tenore presencium recognoscimus et omnibus moderni temporis et futuri quibus presens scriptum exhiberi contigerit volumus esse notum, Quod Illustris princeps venerabilis ac religiosus In Christo dominus frater *Luderus* Ordinis hospitalis beate Marie Jerusalem. domus theuton. generalis magister dei gracia natus Dux Brunswicensis, Sanus mente et corpore memor condicionis humane quam semper comitatur innata fragilitas cui ab ipso uite primordio mortis Imperium dominatur, diuina inspiratus gracia de rebus transitoriis vitam mercans eternam saluti et quieti anime sue salubri decreuit remedio prouidendum de omnipotentis dei misericordia confidens, quod cor contritum et humiliatum non despicit, qui ut populum suum redimeret gustare non dedignatus est calicem passionis, benigno sinceritatis ac deuocionis circa nos et Ecclesiam nostram motus affectu nobis et eidem Ecclesie nostre largas elemosinas et pia caritatis subsidia contulit liberaliter et donauit, ac apud nos et Ecclesiam nostram comparauit legittime quod ad laudem et reuerenciam Sacrosancti Corporis domini nostri Ihesu Christi et gloriose virginis genetricis eius Marie omniumque sanctorum ad perpetuam predicti Magistri generalis memoriam in nostra

Sed o inconstantiam humanam! exstincta jam diu est lux cerei, tumulus eversus, instituta denique omnia abrogata.

Vix autem Luderus pius haec instituerat, cum jam diem supremum obiret, fortasse jam die sexto post festum paschale a. MCCCXXXV., quod nonnulli scriptores tradunt, qui simul nar- rant, in ecclesia ipsum, in quam ad audienda sacra delatus esset, vita decessisse ²⁴⁾. Quod nuperrime voluerat sepulcrum procul dubio *in medio Chori Ecclesiae* jam exstructae est institutum, *tumulus structus*, cereus incensus. Cum vero nostris diebus

Ecclesia faciendam vnum cereum sine intermissione lucentem, atque supra tumulum in medio Chori nostri ubi postquam domino dispo- nente uitam hanc miseram mutauerit in iocundam Corpus suum re- quiescere disposuit et elegit, inextingibiliter pendentem, et vinum pro diuino officio in nostra Ecclesia celebrando perpetuis temporibus, ac vnam pitanciam duo scilicet fercula bona et delicata ultra consue- ta cum potu optimo qui tunc reperiri poterit uel haberi pro refectio- nis nostri Collegii ad vnum prandium singulis annis in die obitus eiusdem venerabilis Magistri, quiquidem dies anniversarius vigiliis et mis- sarum sollempniis a nobis nostrisque successoribus ac singulis de nostro Collegio cum deuotione debita peragetur, Nos itaque cari- tativa donatione huiusmodi prefati generalis Magistri cum multa gratiarum actione suscepta, omnia et singula premissa secundum voluntatem ordinationem et desiderium Magistri prefati providere procurare ad effectum suum debitum perducere, Et nihilominus pro nobis nostrisque successoribus in perpetuum promittimus inuiolabiliter observare, vt autem omnium predictorum in nostra Ecclesia iugis ac perhennis habeatur memoria presentem literam desuper con- scriptam appensione Sigilli nostri Capituli duximus roborandam. Datum et actum Nonas Aprilis Anno a natiuitate Domini Millesimo Trecentesimo tricesimo quinto.

Hiscum bene consentiunt, quae *Wigandus Marburg.* l. l. narrat.

24) Cfr. VOIGTIUS Clar. l. l. T. IV. p. 512 sqq., qui ut solet accurate de- scribit tempus mortis *Luderi* m. April. a. MCCCXXXV.

tumulus *Luderi* in medio Chori non amplius conspiciatur ²⁵⁾, in muro vero Chori ossa, quae Luderi esse dicunt, servantur, verisimillimum est, ut senioribus temporibus, forsitan dum restaurarent sepulcra in medio Chori, quorum plura et magistrorum generalium et episcoporum fuerunt, ossa quaedam inveniunt, quae *Ludero* adscribebant et in scrinio in loco paulo depressiore muri reponebant, ne in posterum permutarentur, addita simul inscriptione quam supra exhibuimus ²⁶⁾.

Quod cum posteris ignotum esset, fabulam composuerunt inde a tempore SIMONIS GRUNOVII, *Ludero* in eadem parte muri sepulcrum paratum esse, ad quam, cum diem supremum obiret, in ecclesia erigenda perventum esset. Hanc vero fabulam refellunt et *litterae Capituli modo laudatae* ²⁷⁾, et WIGANDUS MARBURG. cujus tempore nondum composita fuisse videtur.

Itaque JOANNES episcopus *conditor* Ecclesiae agnoscendus est, LUDERUS vero jure *auspex* perhibeatur.

Cum vero jam instet annus quingentesimus ex quo primordia cepit Ecclesia nostra Cathedralis, fas est in Academia quoque auspiciari novum seculum recordatione originis hujus ecclesiae. Jam enim templum nobis gratulamur conservatum, in quo anno MDLXI. d. XXIX. m. Septbr. ²⁸⁾ confirmatio Academiae nostrae

25) In medio Chori tumulus *Alberti* ducis seculo decimo sexto structus est, credo eodem loco quo antea sepulcra *Luderi* aliorumque magistrorum generalium instituta erant.

26) Hoc procul dubio jam ante tempora *Alberti* ducis factum est, quod opus sculptile scrinii vetustius prodit.

27) In hisce enim literis non tantum *de tumulo in medio Chori* sermo est, sed etiam de Ecclesia et Choro non erigendis sed jam erectis, nam semper dicitur: *Ecclesia nostra, Chorus noster.*

28) Cfr. ARNOLDII *Historie der Königsbergischen Universität* T. I. p. 61.


publicata est, et quod vario modo usque ad nostra tempora intime cum Academia conjunctum erat.

Pius animus majorum hanc condidit Ecclesiam COMMILITONES ORNATISSIMI ET DILECTISSIMI. Pius vero animus et VESTRUM pulcherrimum est ornamentum. Itaque *dies festos memoriae nati Jesu Christi recolendae sacros* ita celebrate, ut pietas vestra sincera spem patriae et ecclesiae augeat.

Tu autem, aeternae Deus, stator hujus Ecclesiae, quam per tot secula salvam atque incolumem praestitisti, tuere o pater templum, quo te piis precibus adimus ad seram usque posteritatem.

P. P. die XXIV. m. Decembr. MDCCCXXXII.






ULB Halle
002.714.280

3



TA - OC







18

Sacra Natalitia Jesu Christi

pie celebranda

indicunt

Academiae Albertinae
Prorector, Director, Cancellarius et Senatus.



Rhesa
• Inest Commentatio de origine Ecclesiae Cathedralis Regiomonti.

Regiomonti MDCCCXXXII.

Typis Academicis Hartungianis.

